



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDXXXIV.

VD18 90392167

Q. 1. Quid sunt Sponsalia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41032



TRACTATUS. DE MATRIMONIO.

CAPUT PRIMUM.

De Sponsalibus, quæ sunt preparatio ad illud.

Q. 1. **Q**uid sunt Sponsalia?

Resp. **Q** Sponsalia sunt promissio mutua & legitima Matrimonii, l. 1. ff. de Sponsal.

Q. 2. *Quenam requiruntur ut Sponsalia sint valida?*

Resp. Sequentia. 1. Verus consensus datus cum animo se obligandi, & per verba vel alia signa externa declaratus, & acceptatus: nam hæc ad veram promissionem obligantem requiruntur.

2. Deliberatio sufficiens ad mortale; nam Sponsalia obligant sub mortali ad contrahendum Matrimonium.

3. Mutua promissio, ut constat ex definitione: quia hic contractus est onerosus, & una pars non cesetur velle se obligare, nisi altera vicissim repromittat: unde promissio unius inclu-